

LXXII. Interim *Extrinsicus* etiam Hepar fovere debemus oleis, linimentisque excalefacientibus, & corroborantibus, oleo nardino; mastichino, spicæ, absinthii; ligno aloes, mastiche, cariophyllis, cinnamomo, succo eupatorii, e. g. R. olei de absinth. mastichin. a. ℥℥. nardini. rosarum a. ℥ij. pulv. caryophyllorum cinam. a. ℥. j℥. succi eupatorii ℥j. aceti & cere parum: fiat unguentum.

LXXIII. *Epithema* etiam magno cum fructu hepatis applicari potest, ex decocto caryophyll. cinamomi, junci odorati, eupatorii, radicum asari, seminū fœniculi, anisi, ammeos, quibus addatur diagalanga, diacinamomum, aqua eupatorii cuscutæ, acetum. *Cataplasma* etiam locum hic habet. Ut R. flor. camomill. melilot. a. Mj℥. sem. lupinor. ℥℥. fol. absinth. eupatorii a. Mj℥. rosar. rubr. M℥. coq. ad mollit. addendo olei de absinth. q. s. fiat cataplasma.

LXXIV. Si verò aderit durities quædam epatis vel lienis. R. Emplastr. de melil. oxycrocei diachyl. a. ℥j. ammoniaci aceto soluti ℥ij. unguenti Agripp. ℥℥. Trochisc. de capp ℥iij. cum oleo de capparib. q. s. M. F. Emplast.

LXXV. Interim de Ventriculi imbecillitate, quæ frequens in hoc affectu, & semper adest in Tympanitide, diligenter cogitandum. Eam corriget electuarium præscriptum superius. Aut R. Rad. imperator. condit. zingiberis conditi, corticum citri condit. a. ℥℥. sp. diacymin. ℥ij. conservæ, menth. ℥j. cum syrup. de cinnamom. q. s. M. F. Electuarium. Vel R. Spec. diacymin. aromat. rosar. corticum aurantior. exsiccata. a. ℥j. M. F. Pulvis. Exterius applicari potest scutum stomachale. R. Emplastr. bacc. laur. Ladan. a. ℥j. spec. aromat rosar. mastic. a. ℥iij. ol. nuc. moscat. ℥ij. cum oleo absinth. q. s. M. F. Emplastrum.

LXXVI. Quod restat, *DIÆTA* absolvit, quæ ut præ cæteris remediis unum omnium morborum refugium, ita & huius morbi, adeò ut sæpe solâ diæta desperati hydropes teste experientiâ ad sanitatem reducti sint, contra minus temperantes frustra omnia remedia experiri soleant. *Aer* igitur sit lucidus,
D in quo